

QUESTIO III.

Quare Christus veniat in domum Simonis?

mino visitatur. Petrus perfectissime omnia sua reliquit, artem, substantiam, ac domum; ita ut quidquid perfectionis erat in Abraham, in ipso maxime reformetur. Quia, sicut Abrahamus relinquens domum paternam, & cognationem suam; secum tulit consobrinum Lot, qui verum Deum sequebatur; ita etiam Petrus; quamvis omnia à se dimitteret, piam, & devotam socrum adhuc retinet, ut obsequia Domino præstaret; Surgens ministrabat illi. Uterque omnia sua, domum, & cognationem abiecerat, tamen uterque retinet, quæ cum Domino habere poterat, Cognationes enim, & ea, quæ possunt esse impedimenta in via Dei, à viro probè abijcienda sunt; quæ autem simul nobiscum in Dei obsequium tendere possunt, simul retinenda, & conservanda.

14. Mandat Deus Moyse, ut tendat in Ægyptum, ac loquatur Pharaoni, ut Populum dimittat. Tullit Moyses uxorem suam, & filios suos, & impersit eos super asinum, & reversus est in Ægyptum, Exod. 4. n. 20. Et quomodo Moyse ad Dei mandatum negotiandum, filius, ac uxore gravatur in itinere? Christus Dominus præcepit suis, ut ad divina iussa exequenda, nec peram, nec calceamenta portarent in via, Matth. 10. n. 10. Marc. 6. n. 8. ut etiam neminem per viam salutarerent, Luc. 10. num. 4. Quod etiam mandavit Elifæus Giezi, 4. Reg. 4. n. 29. Quæ ideo sunt mandata, ut velociter, & expedite quis posset suum cursum peragere. Si ita veloces esse oportet in exequendis Dei mandatis, quomodo Moyse tanto onere uxoris, ac filiorum fatigatur in itinere? Salutationes, ac consulationes in via obstacula esse poterant, ideoque fuerunt fidelibus ministris ex iussu prætermittenda. At devota cognatio, castum conjugium ut pia proles, quæ cum Domino retinebatur, & simul ad ipsum curtebat: onus non erat; potius levamen; & ideo non fuit relinquenda, sed in itinere potius asportanda. Lippom. Moyses cum virga Dei, ait, hoc est, signo Apostolatus, & Ducatus, pergit etiam cum uxore, & filiis, non enim thorus immaculatus, & casta generatio præjudicat, vel impedit gratiam divini Spiritus & colloquia Dei in Sanctis quibus omnia sancta sunt, & munda.

15. Ait magnus ille, & sanctus Job, 20. n. 2. Quis mihi tribuat, ut sim juxta menses pristinos secundum dies, quibus Deus custodiebat me. Valde mirabile est, quod tam justus, piusque vir antiquum exoptet felicitatem, cæterum, & pretiosam rerum suppellestem. Optime sciebat Job, illa omnia esse momentanea; & hujusmodi secularia contemnere, valde magnum. Cur ergo tam ardentè desiderat; Expertus erat vir sanctus, quod filios, ac filias, & divitias rerum in prioribus mensibus cum Deo retinebat, & quod in via Dei nullum hæc omnia impedimentum erat; & ideo felicitatem non absolute exoptat, sed suam perquirat antiquam, quæ erat à manu Dei, & cum Deo habebat; quæque in via Dei adjuvamen potius, quam obstaculum erat. Olympiodorus in Catena Græca. Non speciosam tantummodo sobolem, & magnas, ac locupletes copias, divinam custodiam, atque opem dixit; sed multo magis, quia in tanto splendore, divino septus presidio jus summopere turbatur. Idcirco igitur in illum primum statum se restitui cupit, quia tanquam Dei amans, in ejus fide, & tutela cupit esse. Similiter habent D. Chrylost. & Philippus Abbas, ut refert Pineda.

16. Antiochenus in cap. 1. Marc. Chrylostomus, Theophylactus, & alij, quod, cum jam esset hora prandij, venit Dominus in domum Simonis sumendi cibi gratia. Quod omnes colligunt ex his, quæ sequuntur, quod surgens ministrabat illis. Secundo D. Chrylog. serm. 18. Ad domum Petri venit Christus, ut domus Petri veniret ad Christum. Christus humilitate demissus venit ad domum Petri, ut ita homines capiat. Et talis est homo, quod, ut ipse veniat ad Christum, necessum sit, ut ipse filius Dei incarnatus ad hominem veniat, & ipsum quærat. Vide supra cap. 5. n. 170. 171. & 172. Aliter, & eleganter hanc rem explicat D. Paschasius lib. 3. in Matth. de hoc adventu in domum Petri loquens, ait, Mira omnipotentis Dei dispensatio, qui etiam non querentes se querit, & non valentes ad se venire, ad eos illementer venit, quia si non ille prior ad nos venisset, nunquam ad eum redire potuissimus. Si Deus per suam excitantem, ac auxiliantem gratiam nos non querat, & ad nos non veniat, non sumus à nobis sufficientes ut ad ipsum tendamus, & ideo ipse ad nos venit, in domum Simonis tendit.

17. Tertiò, D. Paschasius citatus, ait: Causa adventus ejus, jacens infirmitas, & non edendi necessitas idem fuit, quia in domo, qua misera febris hominem laniabat, non cura prandij, ac lætitiæ sed lachrymarum erat effusio. Meus & pius Jesus, non ut ibi requiesceret, & prandium lumeret in domum venisset, sed ut lachrymarum plenam, ærumnis, ac lachrymarum effusione refertam, in qua febris grassabatur acuta; non enim quando alij opprimuntur laboribus, est à nobis levamen querendum. Et in hac consideratione ponderandus est textus Matth. 8. nu. 18. Matth. 8. Cum Iesus venisset in domum Petri, vidit socrum ejus jacentem, & febricitantem. Ubi Christus ad Petri habitaculum venit, non ad sedes ad quiescendum: ad convivalia ad prandendum, non ad panem, nec ad pisces ad comedendum, non ad domus lupulicem, sed ad ægram, ac laborantem oculos convertit: quia cum Jesus sit Salvator, maxime ejus oculi rapiuntur ad miseros, ad afflictos, ut ipsos videat, ac eis medelam afferat, D. Chrysol. ser. 18. citato. Ingressus in domum Petri, ait, Christus, ad quod venerat, vidit, non aspexit qualitatem domus, non occurventium tuas, non salutantium pompam, non familie concursum, certe non ipsum præparationis ornatum: sed aspexit gemitum languentis, vidit periculum desperatæ, & statim manus ad opus sue Deiatis extendit. Ex quo discant ministri, ac Prædicatores, non attendere ad auditorum aliud ab in-qualitatem, non ad aurum, & argentum, sed ad opus sui ministerij, & officij injuncti.

18. Et quod Dominus in domum advenerit, magnum fuit prænoticum sanitatis futuræ; quos enim ipse visitat, & apud quos hospitat, eis beneficium vitæ, ac sanitatis largitur. Exhausto, ac siccato torrente Carich, ait Dominus ad Eliam, Vade in Sarephtha Sidoniorum, & manebis ibi, præcepi enim mulieri viduæ, ut pascat te, 3. Reg. 17. num. 7. Cum motivum adventus Prophetæ tam

Cognati, qui cum Deo haberi possunt, non relinquendi.

Exod. 4.

Conjugii nei, qui cum Deo habentur, retinendi.

Lippom.

Bona, quæ à Deo habentur, utilia.

Olympiod.

Chrylost. Phil. Abb. Pineda.

August.

tam apertum, ac manifestum sit in Scriptura; tamen D. Augustinus lib. 2. ad Simplic. quæst. 5. tractans de resuscitato puero viduæ, apud quam hospitabatur, ait: Dominus Eliam ad viduam miserat gratia exhibendi miraculi ad gloriam nominis sui. Quomodo sapientissime doctor hæc dicit, quod missus est Elias ad resuscitandum filium mulieris, qui in adventu suo sanus erat, & post aliquod tempus languore oppressus est? Numquid Augustinus contradicit Scripturæ? Minime, absit. Quomodo ergo cohæret sententia magni Patris: Dominus miserat gratia exhibendi miraculi, cum manifesto asserto Scripturæ: Vade in Sarephtha, præcepi enim mulieri, ut pascat te: Magno ingenij acumine penetravit Augustinus mysterium, ut notavit quidam. Interveniebant ibi duæ actiones inter se intime conjunctæ, ut una necessario prodiret ex alia; & ex eo, quod Propheta dicitur missus ad unam actionem, consequenter etiam dicitur missus ad aliam: Et si Propheta missus est, ut à muliere pasceretur; etiam missus est, ut mulieri daret vitam; nec enim poterat Propheta apud mulierem hospitari, & in ejus domo manere, quin ipsi mulieri, & ipsi domui daret vitam, filium resuscitaret, ac mortem fugaret.

Hospitalitas, ac visitatio Sanctorum viam secum offert.

19. Alb. Magn. Amici & affines benevolæ sunt fovendi.

Ministri integritas suis ne nocent.

20. Isidor.

Qui magis amat, honoratur magis.

Hugo.

21. Cyrill.

Quartò, Albertus Magnus in cap. 8. Matth. Venit Dominus, ait, in domum Petri, propter affinem discipuli, scilicet socrum, juvandam. V. Dominus alios sanaret, nempe filium Regoli Joan. 4. puerum Centurionis Matth. 8. num. 1. ipsum Dominum quæruunt, & rogant Regulus, & Centurio. At, ut socrus Petri convalescat, Dominus ad ipsam venit, ejus habitaculum intrat. Mulier hæc affinis Petri, qui ardentissimus erat Christi discipulus, ac individuus comes, & affinis eorum. Qui de te sunt benemeriti, peculiari favore, ac indulgentia sunt prosequendi, ac efficiendi. Vide supra cap. 7. num. 30. & 31. & num. 119. Vel forte hæc mulier, cum esset paupercula, non habebat, qui pro ea loqueretur ad Dominum, & sanitatem ejus sollicitaret. Nam Petri integritas hoc recusat, ut dicam quæst. 5. ex Abulensi. Venit ergo Dominus in domum Petri, ut discipuli, mulierem videntes infirmam, pro ea rogarent, ne Petri integritas ei nocerent, sed potius esset adjuvamen.

Quintò, Isidorus Clarus in Lucam Orat. 22. Aequius fuit, ut à Petro primum reciperetur, quia fervidior erat cæteris. Erat in Capharnaum domus Zebedei Joannis, & Jacobi, & aliorum cognatorum, qui opulentiores erant Petro; & tamen non ad aliam se recipit Dominus, sed in domum Petri ad hospitandum tendit. Petrus inter cæteros, Christum eximio prosequatur amore: ad illam ergo divertit Christus, qui semper amantium domos ad hospitandum ingreditur. Non querit Deus apparatus domus, sed ardorem charitatis. Quod eleganter dixit Hugo de S. Victore, de laudibus charitatis. Sic familiaris est Deo charitas, ait, ut ipse mansionem habere nolit, ubi charitas non fuerit. Si quis diligit me, Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.

Sextò, D. Cyrillus in Catena aurea, Afficiebat autem quomodo manet penes virum inopem Christus, qui spontanea voluntate pauperatam pro nobis passus est, ut discamus cum pauperibus conversari, nec spernere depressos, & pauperes. Pauper, & Sylveira in Evang. Tom. II.

contemptibilis erat domus Petri, ad illam divertit Dominus, & non ad Palatia alicujus locupletis, quia non dedignatur in paupere tugurio habitare, qui pauperes summè æstimat, & diligit. Septimò Abulensis in cap. 8. Matth. quæst. 42. ait: Veni in domum Petri, ut per hoc evitaret calumniam. Nam Pharisei, & malevoli calumniabantur Christo, quod comederet, & biberet cum publicanis, & peccatoribus, Matth. 9. n. 11. Et maligna lingua dicebant eum voracem, & potorem vini; Matth. 11. n. 19. In domo autem Petri, cum pauper esset, non poterat habere cibaria exquisita. Et ita non poterat quisquam calumniari Christo. Ut habeamus exemplum, quod quamvis probi sumus, quantum fieri potest, ansa calumniæ est evitanda. Octavò Surgens de Synagoga venit in domum Petri, quæ Ecclesiam Catholicam significat, quia derelicta Judæa ad Ecclesiam Catholicam venit Christus, ubi habitat, usque ad finem sæculi, ut dixi in expositione.

Nonò, D. Chrylostomus homil. 28. in Matth. Cujus rei gratia, ait, domum Petri Dominus petiit? Mibi quidem videtur, ut cibum assumat. Non enim ignoramus discipulorum diversorum illud esse: nam ad Mattheum divertit, quando eum vocavit. Quod honor afficiebat, ut hoc ab eo affecti honore diligentiores ad omnia fierent. Non ad alium quempiam, sed ad domum Petri tendit Dominus, ut tanto honore, quo à Christo afficiebatur, animosior redderetur in Christi discipulatu, ac sequela, & in vendicandis laboribus pro ejus amore. Deinde, quia Dominus honorantes se honorat. Petrus pro honorando; ac sequendo Christo omnia sua reliquerat, Christus quoque pro Petro honorando omnes alias Capharnaum domos dimittit, & illius invisitat. Hæc obiter. Tamen Abulensis citato quæst. 42. persistit in oratione Chrylostomi, quod Dominus honorat suos discipulos, ut tali honore animosiores reddantur in sufferendis laboribus, & observandis præceptis: nam dignitas, & honor datus maxime confortat animum ad quæque difficilia vincenda.

Mandat Deus Moyse, ut pergat ad Pharaonem, & loquatur pro dimittendo Populo; à quo officio, injunctaque legatione, non solum semel, & iterum, sed & tertio se excusat Moyses. Deus vero instanter illi præcipit, ut vadat ad Pharaonem, & in majorem confirmationem multa ante conspectum ejus miracula fiunt: nam virga projecta vertitur in colobrum, & per caudam apprehensa, ad suam iterum redit naturam: manus missa in sinum prodiit leprosa, & retracta, similis est iterum alteri carni, Exod. 4. n. 3. Et tamen Moyses instanter se adhuc excusat. En incircuncisis labiis ego sum, quando audiet me Pharaon, Exod. 6. n. 30. Et ait Deus ad Moysen, Ecce constitui te Deum Pharaonis. Aaron frater tuus erit Propheta tuus, tu loqueris ei omnia, quæ mando tibi, Exod. 7. n. 1. Et statim sequitur: Fecit Moyses, & Aaron, sicut præceperat Dominus; ibidem num. 6. Sed quomodo Moyses tot Domini legibus, ac præceptis astrictus, tot visis miraculis, adhuc se excusat, & munus à se dimittere nititur, & tamen ubi audit se esse vice-Deum Pharaonis, absque illa dilatione mandata exequitur, ad Pharaonem tendit? Quod esset Deus Pharaonis constitutus, magna dignitas, eximius honor erat, ut ponderat Chrylostomus, Rupertus ad citatum Chrystostomum. Quamvis tot præcepta, atque miracula locum. Quamvis tot præcepta, atque miracula Rupertus.

Pauperes honorandi. Abulens.

Calumnia evitanda.

22. Chrylost.

Honor animosiores homines reddit.

Abulens.

23.

Exod. 4.

Exod. 7.

Chrystost.

Rupertus.

vim maximam inferrent, ut Propheta legationem, sibi datam, Regi exponeret, tamen adhuc onus recubabat: ubi autem in tanta est dignitate constitutus, maximè fuit corroboratus, atque impulsus animus ejus, ut cunctaretur nihil, sed omnia obiret mandata. Accipe patronum Caeretanum. Vide, ait, dedi te Deum Pharaonis. Excusaverat se Moyses ab officio legationis prosequenda, quod Pharaon non esset eum auditurus. Respondet Deus: Attende, & perpende, in quali, quantoque gradu constitui te, nam dedi te, ut officio Dei fungaris erga Pharaonem. Magnanimus esto, quia loco mei constitui te relativè ad Pharaonem: fecique Moyses, sicut praeceperat illi Deus.

Cum honore animus crescit.

24. Genes. 9.

Peracto diluvio ait Deus ad Noë: Ecce ego statuum pactum meum vobiscum; & cum semine vestro post vos, quod non erant ultra aqua diluvij ad delendam omnem carnem. Hoc signum foederis, quod do inter me, & vos, &c. Gen. 9. à n. 9. Valde dignum sanè consideratione est, quod Deus cum homine velit inire contractum, & insuper addat signum foederis. Nōne sufficiebat divina promissio? Ad quid insuper hujusmodi signum? D. Chrysostr. Chrysostr. homil. 28. Vide, ait, quanto honore justum dignatur, ut aut cum eo pasciscatur, quasi homo homini loquens. Non agit cum Noë, & ejus sobole, ut Deus cum creaturis, Dominus cum servis; sed ut homo, homini loquens, ut tanto honore, ac favore insignitus homo devictus habetur, & invictus ad difficilia superanda. Nam dignitas extollit hominem, animum sublevat, ut fortiorem reddat. Cum honore crescit animus, & vires maximè augentur, ut ita homo tanto honore præventus, Dei mandatis obediret, ab illisque non recederet, ut ante diluvium fecerat.

Chrysostr.

Beneficia animi in deum vineunt, ut sit invictus.

QUESTIO IV.

Quare cum multoties Christus, & Petrus essent in Capharnaum; tamen modò dicitur, quod ingressi sunt in domum, in qua jacebat socrus Petri?

25.

MULTI sunt loci in sacro textu, quibus dicitur, quod Christus, & Petrus erant in Capharnaum, Matth. 17. num. 23. Marc. 2. num. 1. & 9. num. 32. Luc. 7. num. 1. & 10. numero 15. Ioan. 4. num. 46. & 6. num. 17. & passim alibi: nunquam tamen dicitur, quod Petrus venisset in habitaculum, in quo erat sua socrus; nam quamvis illa domus antea fuerit Petri, jam modò non erat, cum ille reliquisset omnia, & suæ socri essent tradita. Cur ergo solum in hac occasione dicitur ingressus in illam domum? Ratio litteralis, & germana, & manifesta. Hic adventus Christi cum suis discipulis commemoratur, quia narraturus erat Evangelista miraculum, quod ibi Dominus est operatus. Moralem rationem inquiri.

26. Conspicuique Ecclesiasticis in suis tantum laboribus praebois ingressum.

Mythicè respondeo. Petrus Ecclesiasticus erat; & nunquam recipitur in domum suæ affinis, nisi quando ipsa ægritudine, febrique vexatur: quia valde confectum est, ut Ecclesiasticus, ac Religiosus non inveniant aditum, nec ostium apertum in domo consanguineorum, nisi

quando ipsi laboribus, ac ærumnis urgentur, ac opprimantur: quando enim perjurandè, ac feliciter degunt, Religiosorum minimè recordantur; at in suis adversitatibus ad eos maximè confugiunt.

27.

Felix nuntius fuit Ahias Jeroboamo, ei enim prædixit, quod esset regnaturus in Israël. 3. Reg. 11. num. 29. Postea verò, multis annis elapsis, cum regni solum ipse teneret, ejusque ægrota- ret filius, Dixit Jeroboam uxori suæ: Surge, & vade in Silo, ubi est Abim Propheta, qui locutus est mihi, quod regnaturus essem super populum hunc, ipse indicabit tibi, quid eventurum sit puero huic. 3. Reg. 13. à num. 2. Præclarus nuntius fuit Ahias Regi Jeroboamo, & tamen, cum tam angusta dixisset, nunquam ei in memoriam venit Propheta, nisi modò; & nullum alium ad eum transmittit legatum, nisi uxorem suam, quæ, ut placet Pagnino in Isagoge, ejusdem erat Tribus cum Propheta, cumque tanta esset affinitas, nunquam, nisi modò pergit ad eum. Quænam hujus rei ratio. Innuir in textu: ægrotauit filius ejus. Quamdiu enim Jeroboam, ejusque uxor prosperè regnabant, tangebanturque molestia nulla, eorum mentem nulla Prophetæ recordatio tegerit. At, cum ægritudo dilectissimi filij eos invaluit, illaque vehementer anxiebantur, statim Prophetam quærent, & pro conditione mandalium ad ipsum pergunt, ut aliquid ab ipso levamen consequi valeant.

3. Reg. 13.

Pagnin.

Mundani in suis tantum pressuris de Ecclesiasticis recordantur.

QUESTIO V.

Quare Petrus roget Christum, ut veniat in domum ad sanandam laborantem socrum?

28.

LABORABAT socrus Petri: & tamen ipse non rogat Dominum, ut veniat in domum, & socri suæ salutem impendat. Respondet primò Abulenſis Ad c. 7. Matth. 9. 43. Dicit potest quod fortè tunc noviter ægrota- rat; & ideo non priùs ei dixerunt de illa. Sed hæc solutio mihi videtur non multum efficax, quia existimo, quod mulier per multum temporis laboraret, quod maximè conducebat ad miraculi evidentiam.

Abulenſ.

Optimè, & eleganter respondet Chrysostr. homil. 28. Tu autem, ait, etiam hinc summam Petri in Christum reverentiam considera: nam, cum socrus sua domi jaceret, calorèque febris arderet, non traxit eum in domum, sed expectavit, quousque Petrus ob prædicationem absolveret, ceterosque omnes, qui humilitatem tunc ad eum confugerant, curasset; & demum, cum ad domum intrasset, ipsum rogavit. Sic enim statim ab ipsis Christum iniit, aliorum commoda, suis ut præponeret, institutus erat. Petiit autem domum ejus, non ab eo vocatus, sed sponte, atque à se ipso, ut qui à Centurione audierant, Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum. Duas hujus quæstionis rationes S. Doctor nobis inculcat, Prima, quod Petrus ob humilitatem non est ausus Dominum invitare, ut in affinis domum descenderet, nam à Centurione audierat, ut ait S. Pater: Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum. Et ideo quod alius, cum se existimaret indignum, recubabat, Petri modestia non præsumit.

29. Chrysostr.

non invitatus.

mit. Tu autem summam Petri in Christum reverentiam considera. Secundò Petrus jam magnus factus, & in exemplum Prælatorum datus, non impedivit aliorum curationes, quæ à Domino fiebant, nec è Synagoga ipsum suæ affinis traxit in domum, sed expectavit, doctrinam compleri, alioque curari: ab exordio enim erudiebantur; quæ aliorum erant, sibi ipsi præponere. Quocirca nec ipse cum inducit, sed Christus sponte adivit. Cum enim Petrus esset futurus Prælati, jam non ad propria, sed ad subditorum tantum commoditates attendebat. M. Tullius orat. pro Flacco. Non debuit, cum prator esset, suum negotium agere. De hac re vide multa in Indice verb. Prælati, tam in hoc tomo, quam primo.

Prælati non ad sua, sed ad subditorum commoditates attendat. Tullius.

30.

Tertiò. Petrus valdè familiaris, ac amicus Christi Domini erat, & ab eo maximè dilectus; ut rectè ponderat D. Chrysostr. homil. 30. in Ioan. Et cum talis, ac tantus esset, ejusque preces, ac rogationes magnæ erga Christum potentia, & efficaciam essent, non tamen petit, ut ad sanandum socrum suam è Synagoga discedat, in qua multos docebat, atque curabat, ut patet ex textu. Ab ipsis iniit, ait Chrysostr. aliorum commoda suis ut præponeret, institutus erat. Ex habitu magna jam Petrus Christi divinitatis gustabat. Et decrevit, ut ita suæ socri sanitas perageretur negotium, ut non ad suæ intimæ cum Christo familiaritatis valorem, atque potentiam, sed potiùs ad totius populi commoditatem, omniumque utilitatem ipse respiceret. Discant principes, & magnates in disponendis negotiis, potius subditis attendere, quam suæ potestati, eximiaque potentia.

Chrysostr. Amicus iniit, aliorum commoda suis ut præponeret, institutus erat. Ex habitu magna jam Petrus Christi divinitatis gustabat. Et decrevit, ut ita suæ socri sanitas perageretur negotium, ut non ad suæ intimæ cum Christo familiaritatis valorem, atque potentiam, sed potiùs ad totius populi commoditatem, omniumque utilitatem ipse respiceret. Discant principes, & magnates in disponendis negotiis, potius subditis attendere, quam suæ potestati, eximiaque potentia.

31.

Ad ingressum suæ passionis exorabat Christus in orto: Pater, si possibile est, transeat à me calix iste: verumtamen, non sicut ego volo, sed sicut tu vis, Matth. 26. num. 39. Duæ declarantur in Christo voluntates, ut in sexta Synodo generali probatum est, una divina, altera humana. Quæ humana erat, secundum suam portionem interiorè, prout agebat partes fragilitatis humanæ, divinam potestatem attendebat, & exorabat, ut Deus sua potentia uteretur; Pater, si possibile est. At voluntas divina, ob suam infinitam bonitatem, potentiam non applicabat, sed ab ea respicit, & attendit, quæ ad redemptionem humani generis, atque ad salutem nostram pertinebant; nam sicut fragilitatis humanæ est, potentia media procurare; ita divinæ celsitudinis, potentia dimissa, saluti creaturarum suarum consulere, ac condescendere. Perbellè D. Leo ser. 5. de Passione. Prima petitio, ait, infirmitatis est, secunda virtutis. Illud optavit ex nostro; hoc elegit ex proprio. Et ut suscipiens, susceperatque natura esset manifesta distinctio, quod erat hominis, divinam desideravit potentiam; quod erat Dei; ad causam respexit humanam.

Divinitas attendit ad creaturarum commoditates.

32. Grammatic.

Christianus verò Grammaticus, & alij auctores tenent, quod Petrus pro socri laboranti rogaverit ad Dominum. Sed ex hoc quædam exoritur dubitatio. Hæc mulier per multam temporis ægrotaverat, ut dixi in principio quæstionis, & bene colligitur ex illis verbis, tenebatur magnis febribus. Cur ergo Petrus non antea rogat pro socri febricitante, sed modò? Imò probabile est, quod multi ex Apostolis agnoverint de infirmitate affinis Petri, cum essent ex eadem civitate, intimamque cum Petro amicitiam habe-

rent. Cur ergo modò Petrus doctibus infirmitatis suæ socrus tangitur, & non antea, ut pro ea interpellet? Moraliter dicam. Apostoli tunc erant incipientes, & adhuc in culmine perfectionis non erant; & decreverat Petrus in hoc eventum, Dominum in illa domo sua recipere; ad debitum autem hospitium, ac obsequium magistris, & discipulorum, ministerio socrus indigebat; ideo modò pro ea deprecatur cum cæteris Apostolis. Victor Antiochenus in cap. 1. Marc. Sumendi tibi causa, ait, ad discipuli domum divertit: verum, que illis ministratura erat, febribus deinebatur, statimque discipuli eadem de re illum certiores faciunt, siquidem certum de illius virtute experimentum habebant. Petrus tunc pro ea deprecatur necessitate compulsus, cum indigeret, ut socrus surgeret, & ministraret, ac obsequij munus præstaret, quod ipsi Petro incumbere perfolverè, ut notat D. Paschasius lib. 3. in Matth. Sola anus, ait, dia vexata febribus hoc faceret magistro, quod discipulis, cujus domus fuisse dicitur, facere debuerat.

Conspicuique Ecclesiasticis in suis tantum laboribus praebois ingressum.

Lucæ 6. n. 39. Et stans super illam impetravit febris: & dimisit illam, & continuo surgens ministrabat illis.

VERSIONES.

Syriacus. Adstans itaque super eam; objurgavit febre, & dimisit eam, statimque ipsa surrexit. Græcus, Vatab. Adstans super eam increpavit febre, & febris dimisit eam. Sæ ex Græco. Adstans illi. D. Ambros. lib. Imperavit febris, & remisit illam.

ALTER TEXTUS.

Matth. 8. n. 15. Et tetigit manum ejus, & dimisit eam febris, & surrexit, & ministrabat eis. Marc. 1. n. 31. Et accedens elevavit eam apprehensa manu ejus & continuo dimisit eam febris; & ministrabat eis.

EXPOSITIO.

MANIFESTATUR hic eximia Christi pietas, magnificentia, potestas, ac præclara ejus operatio. Pietas, elegantè D. Ambros. lib. de viduis, loquens hic de Christo: Quasi Deus imperat, ait, & quasi homo vivit. Meus Jesus in his, quæ ad ipsum spectabant, ut homo se agebat; in illis verò, quæ nostrum modum respiciebant, ut Deus, atque supremus Dominus.

Christus erga se ut homo, erga nos ut Deus se habet.